



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

R. D. D. Thomae De Meschatin La Faye, hujus libri imprimendi facultas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

mologiis? quid de Arist. in 1. Phis. & lib. 1. de Anima? quid de Platone in diversis Dialogis, ac precipue in Timao, & Phadone? quid de Illust. Neoteritis S. R. E. Card. Borromeo in acta Eccl. Mediolanensis, Varmensi in hereticos, Albano in Bartolum, & dictissimo Sarnano in Scotum, & Francisco Toletto in Arist. & D. Cesare Baronio in vastissimis Annalibus Ecclesiast. & laboriosissimis annotationibus in Romanum Martyrologium? quid de S. Concil. Trid. quod majori ex parte veteres Canones, & antiquorum decreta Conciliorum innovavit, ad pristinamque conatur reducere observantiam? quid de septima Synodo generali de sacris imaginibus? quid de Felici Papa in Epist. ad Petrum Antiochiae Episcopum? quid de Rever. Symanca in Hereses? Mayolo de irregularitate, & in centurias, & Leonardo Episcopo Puteolano in Faschinum? quid de D. Sylvest. Aldobrandino nostri Sum. Pont. parente optimo, legum lumine, in Imperatoriam majestatem? quid de Covarruvia, de Navarro, quid de D. Vinc. de Franc. Sacri Regii Consilii Neapol. presidentis suis in dictissimis Decisionibus? quid de D. Joan. Jacobo de Laurent. concive meo in opere (quod nunc molitur) de omnium suspicione judicem? & quid demum de recentioribus singulis? quòd rapior? omnes recensuisse vanum, superfluumque procul dubio foret, hoc unum dicam, satis superq; esse scriptoribus modernioribus, antiquorum si placita scriptorum suum ad propositum serio afferant, quod oratorum ille maximus Romanorum pertinet, ea nostra dici posse, nostrumque ad usum accommodavimus: & illud poetæ Comici, Nil dictum, quod non sit dictum prius, Gillius Sapientis, Nihil sub sole novum, sed enim juxta Hieronymi multis in locis sententiam, nusquam malevoli deficiunt, ac ubique prævaleat inuidia, dicam illud Hippomensis Episcopi. Sentias quicquid velis de Augustino, quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Accipiant igitur Illustrires ac Rever. Presules, pupilla oculi Dei, columna Ecclesie, summi sacerdotes, gerentes personam Christi, eiusque Vicarii, Apostolorumque successores (hinc enim nomenclaturis appellari solent) munus hoc, quodcumque sit, illud profecto eis humiliter obtuli, ad quod multi me Prelatis animarunt, quodque humanae fragilesque vires, quoad licuit, hactenus nonnullis interjacentibus incommodis subministrarunt, valeant in Domino semper.

#### APPROBATIO.

Ioannes Claudius Deville, in sacra Theologia Magister, & divini verbi Prædictor, in sancti Pauli hujusce Civitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diæcesi à Domino Dionysio Simeone de Marquemont Illustrissimo & Reverendissimo Archiepiscopo librorum Censor designatus: fidem facimus nos librum inscriptum, Praxis Episcopalis R. D. Thoma Zerola Episcopo Minorensi Authore, pervidisse, & in eo omnia juxta Censuram Magistri facii Palatii Apostolici correcta & composta invenisse. Lugduni apud sanctum Paulum 1. Cal. Junias 1615.

Ioannes Claudius Deville.

#### R. D.D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE, hujus libri imprimenti facultas.

Thomas de Meschatin la Faye, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesie Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi, Opus, quod inscribitur, Praxis Episcopalis R. D. Thoma Zerola Episcopo Minorensi Auctore, ut in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni, 2. Iunii 1615.

Meschatin la Faye.

INDEX